Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2919

Quelle:
Copyright:

recht de crappblet. Goteſcalch Zulle. Reinbal de nuenbalen. Ruodolf de tiuenſperch. Perenbar Plaſar. Vriderich de alsdorf. Hartewich de mulpach. Goteſcalch de arbendorf. Hartelieb de oſterwiz et frater Perenhart. Gotefrid de tiwenſperch. Dietemar de oſterwiz. Lunich de otmagnah et filius ſuus Pero et rapot. Werenher de tulſnich. Hadolt de Zemrasdorf. Reinbolt de wolwiz. Wezel de parenz. Warmuot de cherein. Eppo deutonicus. Adelgoz de ſorich. Wodelrich de bodebov. Ruodeger de nuzperch. Time miniſterialis de ſalzpurch. Wodalrich de lungov. Adalger de ſorich. Cbuonrat de ſorich. Reinprebt de bache. Eppo cliens domini biltebrandi de pols. Dum *Hemma Wilhelmi* Landgravii Vidua an. 1042. Parthenonem *Gurcenſem* in *Carinthia* conderet, Virginibus ad ſacra miniſteria additi ſunt *Clerici viginti*; atque hos in praemiſſa *Traditione* intelligi putem. Succeſſu temporis deletis Monialibus, dum an. 1071. Epiſcopatus fundaretur, ex his Clericis facti Canonici. Vide *Hanſizii Germ. Sacr.* T. II. p. 175. Traditio itaque inter annos 1042 — 1071. facta videtur. Extat etiamnum duplex quidem *S. Aegidii Fanum* in vicinia *Gurcenſi*, quemadmodum et plura e Locis ſupra nominatis hodie viſuntur.

DCCCVII.

511 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 203. 4. eleganter ſcriptus, minio decorus, et foliis illis, quae Capitum Indices exhibent, picturatis continet: I. *Iudicium aquę frigidę* his praemiſſis: *Cum uis hominem in aquam mittere. ad conprobationem iſta debes facere. Accipe illos homines. quos in uoluntate habes mittere in aquam. et duc eos in eccleſiam. et coram omnibus cantet presbiter miſſam. Cum autem ad communicationem uenerint. antequam communicent interroget eos ſacerdos et* (ac) *curatione iſta dicat.* Edidit *Ordinem* ejusmodi *Bern. Pezius* T. II. *Anecd.* P. 2. p. 643. e Mſ. *Weſſofont.* Miſſam vero e Cod. *Rhenaug.* produxit etiam Celſ. *Gerbertus* P. II. *Vet. Liturg. Alem.* p. 555. Cum utroque igitur *Codicem* noſtrum comparabo. Adjurationem primam cum rubricis et Communione habet *Pezius*, Miſſam vero non repetit, quia illa jam in *Ordine ad Caldarium et Ferrum* praeceſſit. Nobis ea inſcripta eſt: *Hęc eſt celebracio miſſę ad iudicium ſeu aquę ſiue ferri*, et conſentit cum *Cod. Peziano* et *Gerbert.* Orationem tamen ſecundam *ad Complend.* quae infit: *Oſtende nobis miſericordiam tuam* &c. *Pezianus* ignorat. Miſſam excipit *Benedictio Aquae*, ad quam de *Pſalmis*, quos praeſcribit *Pezianus*, tacetur; contra vero in *Litaniis* Noſter jubet addi ter: *Pro huius negocii qualitate te rogamus, audi nos. Vt iuſticię non dominetur iniquitas. ſed ſubdatur falſitas ueritati. te rog. audi nos. Exorciſmus Aquae* utrobique idem. Eum tamen in Noſtro

Ora-